

- ceperim, litteras ad me dedisti; aut, si scribendum videretur, accusandus michi de his rebus esses gravi querela, et longo sermone criminandus, quod amicitiam aut dissolvisses penitus, aut certe officium id, quod primum est amicorum absentium, neglexisses. esto
 5 enim festinatio tua aut sollicitatio comitum, cum instaret periculi metus si in comitati egrederemini, iussisset ne me abiens convenires, quid postea cause fuit, cum tot menses iam absis, ut tam diuturno silentio ad me taceres, vel eo maxime quod extant plurime varieque hic litere, quas interea temporis ad alios conscripsisti?
 10 ego vero, cum ^(a) prudentiam constantiamque tuam norim, de causa quidem incertus, de benivolentia vero certus, accusationem hanc remitto. quod vero ex aliorum didici relatu, gaudeo rediisse te in gratiam cum rege, et multo maiore loco cum benivolentie tum honoris apud eum esse quam antea fueras. in quo nescio tibine
 15 magis an illi congratulari oporteat. nam etsi magnum est opinionione hominum apud reges primum esse et gratum haberi, secundum quod ille ait, « principibus placuisse viris non ultima laus « est » ⁽²⁾, et ^(b) desiderabile omnibus ferme in patria inter amicos et notos honoratum vivere, homini tamen qui totum mundum eque
 20 sibi patriam deputat ⁽¹⁾, quique honorem non familiaritate potentum aut vulgi applausu sed virtutis proprie merito metitur, quid magni accedit si in regis gratiam vel venit fortasse vel redit, qui nec rege indiget bono nec malum pati potest? huic enim ^(c) rex est unusquisque vir bonus; malum autem, vel si diademate ^(d) vel purpura

notizie, sarebbe giustificato se non gli scrivesse a sua volta;

tuttavia si rallegra con lui dell'accoglienza avuta dal re, anzi con quest'ultimo si congratula,

giacchè all'uomo virtuoso poco importa il favore dei principi;

(a) B verum ego cum (b) B P Ra om. et (c) B³ hinc enim (d) B etsi diademate

« viera, parente dello detto nuovo eletto, et che pensava l'uno de due « avrebbe effecto in brieve tempo »; progetto, questo, che formava parte dei maneggi politici per saldare la terza lega (1400-2) contro Gian Galeazzo Visconti, di cui Francesco Novello si dimostrava il membro più attivo (cf. *Deutsche Reichstagsakten unter König Ruprecht*, a cura di J. WEISZÄCKER, Gotha, 1882, vol. IV, Documenti 360 e 361). Concludiamo pertanto che l'epistola fosse dettata ad un amico

diplomatico, recatosi a Roma, e quindi presso Ladislao (cf. l'epist. CV), in missione a pro della terza lega anti-Viscontea. Ch'egli sia da identificare con Iacopo da Treviso, che troviamo in simili rapporti con un re nel 1403 (cf. l'epist. CIII), è forse cosa possibile; ma in tal caso non sapremmo renderci conto delle parole « molto maiore loco « apud eum quam antea fueras ».

(2) HOR. *Epist.* I, XVII, 35.

(3) Cf. SEN. *Ep. ad Luc.* XXVIII, 4: « patria mea totus hic mundus est ».